

Ius Pontificium approbat: Si qua est Ecclesia, qua fidem respuat, nec Apostolicae praedicationis fundamenta possideat, ne quam labem perfidia possit adspargere, deserenda est. Ad haerere vero oportet his, qui & Apostolorum doctrinam custodiunt, & cum presbyterii ordine sermonem sanum, & conversationem sine offensâ praestant; ut non minus pie, quam verè & sapienter Irenaeus loquitur. Rectissime itaque faciunt, qui iuxta verbi Dei praescriptum, Ier. 51. 6. 46. Apoc. 18. 4. Ioh. 10. 5. 1 Tim. 6. 3. 4. 11. & 2 Tim. 3. 1. 3. 5. 1 Ioh. 5. 21. laudabili Maiorum exemplo, ut quosvis Haereticos; sic & Papatum, nomen non fidem Ecclesiae Apostolicae praetendentem, relinquentes, ad Ecclesias Evangelicas, in quibus, DEI gratiâ, pura Christi & Apostolorum doctrina viget, confidenter transeunt.

Iren. lib. 4.  
cap. 44.

## XXIV.

REGIMEN Ecclesiae est vel Δεσποτικόν; vel ὑπηρετικόν: Hoc, Seruis ac Oeconomis in domo DEI concessum; 1 Cor. 3. 5. 7. & 1. 2. Luc. 12. 42. Illud; Soli duntaxat CHRISTO, Ἰπὶ τῷ θεῷ αὐτῷ Hebr. 3. 3. 5. 6, Domino ac Monarchae summo ac unico, ceu proprium incommunicabile, rel. & sum. Id quod insuper his solidis probatur argumenti; 1. Solus CHRISTUS, Ecclesiae unica sua sponsa, Cantic. 6. 8. 2 Cor. 11. 2. unicusque corporis mystici, Eph. 1. 22. 23. & 4. 4. 15. 16. unicus est Sponsus, & Caput: Unicum eiusdem fundamentum, 1 Cor. 3. 11. petra, Psalm. 18. 2. & 118. 22. Matth. 16. 18. 1 Cor. 10. 4. 1 Petr. 2. 4. 7. ἀρχιποιῶν, Ezech. 37. 24. 1 Petr. 5. 4. Unicus ac perpetuus Pontifex, Hebr. 4. 14. & 7. 24. 26. & 8. 1. Princeps, Act. 5. 31. Apoc. 1. 5. Rex ac Dominus, in toto hoc spirituali suo regno, Ioh. 18. 36. unicus ac solitarius, Psalm. 2. 6. 8. Apoc. 19. 15. 16. Nullus ergo hic prorsus Capiti vicario, nullus Successori, Monarchaeve post Christum summo, assignari poterit locus. 2. Soli CHRISTO uniuersalē Ecclesiae πολιτείαν administrare, mysticiq; Capitis munia obire, fas est ac possibile. Ipse namq; solus θεῶν ἰσχυροῦς, Ioh. 1. 1. 14. ordinis dignitate, Rom. 8. 29. gloria maiestate, & donorum omnium perfectione, toti Corpori, & membris singulis, infinitis parafangis antecellit: Col. 1. 15. 17. 18. 19. & 2. 3. 9. 10. Ipse solus gratiosa sua influentia actu, corpori & unicuiq; membro sigillatim, vitâ, sensû, motû, & quicquid est spiritualis boni, cōmunicat; Ioh. 5. 21. & 15. 4. 5. 6. Eph. 4. 12. 16. & 5. 23. 29. Ipse deniq; solus, nullo substituto vel successore indigens, aeternū uiuit; Rom. 6. 9. Vbiq; & semper Ecclesia adest; Matth. 18. 20. & 28. 20. Heb. 13. 6. 8. eamq; ut Propheeta, Sacerdos, & Rex summus, per legit. Verbi Ministeriū. et internā

De Monarchiâ spirituali, solius Capitis Christi.